DE MOSCOVIA AD CLEMENTEM VII. PONT. MAX. ALBERTVS CAMPENSIS.



Venetiis apud Paulum Girardum.

M. D. XLIII.

BEATISSIMO PATRI CLEMENTI VII. PONT. MAX. ALBERTVS CAMPENSIS DE MOSCOVIA.



I EVANGELICVS ILLE Pastor Clemens Pont. uere maximus cuius tu nobis vices geris centesimam illam quæ aberrauerat ouem tãta sollicitudine ac diligentia requisiuit & inuentam tanto gaudio, immo & totius cœli applausu ad ouile suum propriis humeris reportauit quis non intelligit quãta merito sollicitudine intendere debeat supremus Ecclesiasticę Pastor quãdo nõ vnita ex centennis, sed multa centena animarum quæ aberrauerunt ad Christi ouile reduci desiderant, Eo certe minus sufficio mirari quid in mentẽ venerit tuæ sanctitatis prædecessoribus qui Moscouituam illam eamq; populosissimam nationem in paucis à nobis dissentientem, & quæ tota ob id perit maxime, quia aberrauit ab ecclesiasticę vnitate in hanc vsq; diẽ adeo neglexerunt, & non potius omni studio reuocauerunt ad ecclesiasticam vnitatem præsertim cum minimo negotio quod mox apparebit reduci potuissent, Mouerat ista sollicitudo piissimum patrem tuę sanctitatis prædecessorem ADRIANVM VI. Quam additis tunc quibus modis poteram calcaribus excitabam suggerens quęcunq; mihi videbantur non leuem spem polliceri tante rei perficiendæ, sed mors illius intempestiua sicut pleraq; alia quæ moliebantur: ita & hãc rem tam piam, tam necessariam, tam

gloriosam tuę sanctitatis reseruauit. Quam eadem inter hęc tam multa difficillimaq; quæ nunc præmant undiq; Veluti refrigerium quoddam in quod respirare posset, & tanq̄ occasionem rei pulcherrime præclarissimeq; nullo negocio cōficiendæ, & nominis gloriosissimi cōparādi diuinitus sibi oblatā existimare debebit, & merito arripere. Quæ enim gloriosior esse poterit memoria? quæ durabilior? Quæ omnibus futuris seculis gratior q̄ sub Clemente. vii. Pont. Max. immo ipsius vigilātia ac sollicitudine pastorali Moscos omnes ad ecclesiasticam rediisse vnitatem? Extremum Scytarū populo ex altero penè orbe venisse supplices ad obedientiam ecclesiasticæ Romanæ, furentibus interim, & se rumpentibus præ dolore, & confusione Lutheranis contra sedis ipsius honorem, & auctoritatem debachātibus, quod si vtilitatem spectauerimus quanta ea ex hac re nobis sit proposita, quis non videt vel luce clarius? Quam si recte extimauerimus plus solide vtilitatis plus vere christianæq; gloriæ in ea inueniemus? Quam si Turcas omnes, si Asiam deniq; Aphricam vniuersam armis subiugaremus. Siquidē victoria ista magno emenda foret multo sanguine Christianorum multorum cladibus, & erumnis necessario comparanda etiam, vt q̄ fœlicissime cederent omnia, & vt maxime uinceremus plurium tamen animarum iacturā fortassis faceremus q̄ quot lucraremur Christo, nam Turcæ quamuis victi, quamuis subiugati permanerent nihilominus imperfidia sua, & ex multis tentonis millibus vix vnū, aut alterum spes foret ad Christum conuersum iri. Ex Moscouitica vero hac vnione tam multa centenna milia animarum sine ferro, & sanguine modica impensa absq; mul

tis laboribus ad ouile Christi reducerentur. Vt multa alia præteream quę max. momentum habent ad res nostras cōtra Turcarum rabiem confirmando de quibus in sequentibus commodior sermo erit. Videbat itaq; mihi rem non inutilem facturus nec tuæ sanctitati ingratam: si de Moscouitica primum ditione (Cosmographis, Historiographisq; nostris penè omnibus incognita) de magnitudine Imperii eius, & quaqua versum limitibus, & terminis de moribus etiam gentis quæ nostratium mercatorum (immo & parentum & fratrum meorum qui diu apud illos vixerunt) linguæ scripturæ moram regionumq; eorundem periti fideli relationi olim cognoscendi orbis studio diligenter inuestigans accepi, & ad Cosmographicam normam examinatā redegi describerem paucis insuper, & ea argumenta perstringerem ex quibus non uana spes apparet tantæ huius rei q̄ facillime conficiendæ nonnulla etiamq; de modo executionis non inutilia mihi videntur quam nostram appellā tua sanctitas, eo extimabit animo quo ille cuius Vicariam nobis potestatem exercet tria minuta eras paupercule euāgelicæ, quem & spero per eandem tuam sanctitatem, tam multos populos ad ouile suum reductarum, sed ne prologus ipsa sit fabula prolixior rem nunc ipsam aggredior.

MOSCORVM *Regio inter estiuum exortum & Septentrionem longo à nobis recedens interuallo longhissime latissimeq; patet ab occasu in ortam supra sex centa magna milliaria Germanica (aut Italia ter mille) extensa siquidem à Nurgadia ad orientem procedendo ad Moscuā quingenta Italica, aut centum Germanica milliaria numerantur quare à Laponibus supra Nugardiam ad eandem*

vsq; Moscuā distātia est multo maior. A qua ad Volochdā computantur alia centum, ab ea ad Vsezugam iterum centum. Illinc ad Viathkam totidem, A Viathkam ad Perinscranos triginta ab his ad Vhaulezranos tantundem. quibus Vltine Scytharum nationes q̄plurime ad estiuum exortum longissime in Asiatica, Sarmacia, Adhuc Moschi Imperio parent: A meridie in Septentrionem nihilo patet minus incipiens enim à Russis ac Lithuanis ad Septentrionalē, & Scyticum oceanum immenso spacio pertingit. Clauditur ad occidentē Liuoniā mari Bathico, & Caponibus ad orientē non cōtinetur Europę nostrae limitibus, sed lōge ultra Thanaim communē Europae, & Asiae terminū immo, & vltra Rha maximū Asiaticae fluuium ad Hiperboreos vsq; Scytas in fine Asiae, quę inter horream est, & estiualem ortā remotissime extenditur. QUORŪ Tuleri Cereli. Persus Kam Vashulez Kam Baschirdi Cvvemissi per Ivvam Moscorū ducē Moderni Vayssilo praedecessorem nō ante multos Moscouitico subiugati sunt Impio, ab illis declinādo ad hortū aequinoctialē, & longe vltra Rha fluuiū in Asiatica, Sarmacia, prope Susdalos Moscouiticos populos conterminos Cheet Nahayes, aut occasios Tartaros omniū reliquorum Tartarorū maxime Septentrionales declinādo ad Brumalem ortam ad eundē Rha fluuiū vni Hordae Tartarorū imperāt indurata Rozaney. xxvii. à Moscua mansionibus quae nūc à loco Roz Anka Horda nūcupatur, ab his tam ad meridiē inter Rha & Thanaim q̄ ad Hybernā ex ortam vltra Rha fluuiū. Reliqui Tartarorum latissimos campos habitāt ad vtrūq; mare Euxinum & Caspiū pertingentes amne annos circiter tercentos nostri orbi incogniti, si quidē circa deci-

num annos supra millesimũ, ducentesimũ, venerunt de sub montibus Septentrionalis, Indie, & *supra* Meotidas à Thanaim *regiones occupauerũt, prioribus, habitatoribus* Gethaeum, *seu* Gothorũ *reliquis deletis penè ad internitionẽ qui tametsi in quinqꝫ hordas seu multitudines, et qnqꝫ veluti imperia nũc sunt distributa:* Præcipua enim, & *quæ reliquas ōēs à se propagauit, & veluti* Colonias *emisit: est horda* Czabadayorum Ansauoleñ. *quorũ* Impator *tenuit* Rhutu *quæ nostræ historiæ* Temerlanẽ *vocant etiã nostri sæculi memoria veluti fulgur quoddã cũ duo decies cẽtennis millibus hominũ, ut referũt historię.* Totam *Asiã vastando peruasit.* Aegyptũ *penetrauit* Bazaytem *quartũ* Turcarũ *imperatorẽ.* Qui Macedoniã, Thesaliã, Phocidem, Boetiam, Atticã, Suicam, Turis *effecerat.* Illyricos *hinc, illinc* Bulgaros *assiduis excursionibus afflixerat ac debilitarat.* Constãtinopolim *christiani* Imperii *caput tam longa tanq̃ graui præsserat obsidione, vt* Impator Constãtinopolitanus *relicta vrbe sua in* Galliam, & Italiã *aufugere cogeretur.* Illinc *auxilia emendicaturus.* Hunc *inquã* Bazaytẽ *obsidionem* Constãtinopolitanã *suo aduentu dissoluere coegit, & occurrẽte si cũ exercitu validissimo profligauit vicit. viuũ cœpit & aureis cathenis vinctum aliquãdiu secum circumtraxit.* Huius Termerlanis *pater fuit quẽ historici nostri* Bathi: Illi *aũt sua lingua* Zancã *appellant.* qui *sub* Innocẽ. iiii. Europam *nostrã cum innumerabili multitudine supra* Meotidas *ingressus* Russiã *primũ, & in eam* Rionã *ciuitatem opulentissimã euertit ac dessclauit, deniqꝫ* Polonos, Sclesios *ac* Muranos, Postea Vngaros *debellauit vicit deuastauit ac maxima strage afflixit totiq;* Christiano *orbi maximã in*

cussit timorem. Adhuc vsq; Tartari oẽs idolatri fuere qui primus à Saratennis persuasus tum tota gẽte sua Machumetica pfidia imbutus est in qua in hodiernũ vsq; diem Tartari oẽs pertinacissimi perseuerãt. Quos fortasse christianos homines haberemus vniuerso si tam fidos sibi Christus quã perfidus Mahamatesa sacerdotes & Epos habuisset. Istorũ Tartarorũ etiam Turciũ imperiũ haud ignobilio propago est, quod ab Ottomano nostro ad modũ nobili inter Tartaros milite tum necesse multis à suis recedẽte incredibili fœlicitati constitutũ, & à successoribus auctum intra ducẽtos annos eo magnitudinis excreuit, ut toti nunc orbi sit formidabile, sed hæc de Tartaris nimis multa in quæ ipsa nõ protraxit Moscorũ vicinitas quibus partim ad exortam æquinoctialẽ ac Hiemalem partim uero adiacent ad meridiem. A Tartaris reuertẽdo versus occidentẽ, ad Pruthenicã mare Primam Russi deniq; Lithuã ac Sonnogethe reliqua meridionalis lateris Moscouiticę ditionis claudũt, quod est tartaros ad prædictũ vsq; Pruthenicũ mare mille circiter Italica milliaria cõplectitur. Siquidẽ à Rioua quondã Russorũ Metropoli ad Vilnam Metropolim Lithuanorũ quingenta milliaria Italica numerantur, à Viltra autẽ proxima Pruthenici maris littora circiter trecenta quinquaginta. quod autẽ deest huic supputationi & millibus superest abũde supra Riouan ad orientẽ parent tam Russi q̃ Lithuani ac Samogithe Poloni imperio, & tẽporibus Lagellonis plus magni Lithuanię ducis qui baptizatus, & in Polonię Regem assumptus mutato quæ nomine vocatus Vladislaus suos Lithuanos ac Samogithas adhuc nostræ ætatis memoria, nẽpe ante annos circiter centum triginta septem ad fidem

Christi

Christi conuertit, q̄q̄ & ille Tuuam an Iouannes Moscorũ princeps cuius meminimus supra, & modernus Basilius tã sub hoc Rege Poloniæ Sigismundo q̄ sub prædecessoribus eiusdẽ Alessandro & Cassimiro meliorẽ partẽ Lithuanicę ditiõis quę uidelicet est inter Boristhenẽ, Mæothidas, et Thanaim proprie quondã Russorum ditionis in qua Metropolis Rioua ciuitas quondam opulẽtissima ac magnificentissima Honstinim fluuiũ sita Tartarorũ Rabies postea deuastauit ac euertit funditus: deniq; tametsi eandẽ teneant uicinitate tamẽ sua, & incursionibus crebris dissolatã ac desertam penè reddiderũt. Enimuero *quæ nunc est Russia sub Poloni Impio Metropolis Leopolinaq̃; ciuitas est, totaq̃; hæc ad orientẽ Poloniæ sub Simaticis mõtibus incipiens inter estiuum ortũ & Septentrionẽ protenditur p̄seuerant hi pertinacissime in græco ritu ac schismate Cõstãtinopolitano Patriarchis honorem adhuc & obedientiam deferentes, quare aberrant plurimũ qui Moscouitas Russos aut Ruthenos appellant ac existimant q̄uis iisdem ritibus uiuant, & eadem penè lingua utantur, sed hæc de uicinis circũquaq; adiacẽtibus Mosconationibus satis superq̃; nunc ad ea quæ Moscouiticæ ditiõnis sint propius accedamus.*

MOSCOVITARVM *longe lateq̃; patẽs imperiũ plurimos maximosq̃; principatus ac Ducatus cõplectitur, quorũ ĩsigniores, ut ordĩe quodã ĩcipiamus à notioribus nobis, & his q̄ Polonis ac Lithuanis uiciniores sũt ĩchoãdũ.*

Post Lithuaniã contra Septentrionem procedẽdo primus occurrit Moscouiticæ ditionis Plescoui Ducat. in lõgitudinem patens mill. Ital. circiter. 303. *quasi parte lõgior quàm latior cuius Metropolis Plistou, aut Plescoua ciuitas*

magna,& potens ad Zuinam fluuiũ sita qui ante paucos annos qui ad præsens imperat Basilius cum tota in circuitu ditione ex castris plusquã triginta munitioribus q̃ habeat ĩ Lithuania ac reliqua Moscouia penè tota,cæpit et suo ĩperio adiecit. Pliscouitas ãtiquos terrę ĩcolas deduxit erat Lithuanicę ac Polonicę ditiõis Lithonẽsibus.ĩminẽs ad oriẽtẽ.

Pliscouiæ ad orientem adiacet Smolius Clinii Ducatus Pliscouitico aliquanto maior cuius Metropolim Smolinko ad Boristhenem sitam cum toto Ducatu, & castro Visnia insigni ad fontes Boristhenis constituto idem iste Basilius his annis Polono ac Lithuanis ademit,& Moscouitico imperio adiecit. Smoleus Clinii Ducatus ad Septentrionem, & æstiuũ exortũ conterminus est Mosayneny Ducat.habẽs in longitudinẽ Ital. mill.circiter.3 50.in latitudinẽ facit tãtundẽ quẽ Ioãnes modernus Basilii p̃decessor armis sibi uindicauit ab Alex. huius Sigismũdi Poloniæ Regis p̃decessor.

Mozammii principatui ad occasum Solis ęstiuũ conterminus est Nouigrodienii Ducatus ĩ quo nobilissima illa opulentissimaq́; totius penè Septentrionis ciuitas Nouigrad. aut Nugardia appellata. 202.circiter millia distãs à mari Balthico amplitudine maior Roma,sed ędificiis plurimũ igneis, in qua tot religiosorum monasteria magnifice sunt constituta ac dotata,tot diuorum Aedes splendidissime ac Magnifico apparatu extructæ,ut unius Diui Nicolai qui illis nationibus in præcipua ueneratione est,referãtur tot illis tẽpla esse,quot sunt anni dies,hanc ditissimã ciuitatẽ cum tota Nouogrodiensi ditione quę Lithuani iuris erat præfatus Ioannes sub Razimcur ante hunc Sigismundum tertiũ Lithuanorum principẽ expugnauit,& imperio suo adiecit

anno Christianę salutis millesimo, quingētesimo, septuagesimo nono, & immensos thesauros illinc exportauit, adeo ut affirment qui eo tēporis illis in Regionibus uersabantur septem trecentos currus auro, argentoq; onustos & pretiosissimis quibusq; rebus illinc traductos Moscouam.

Principatibus maximis ab annis proximis. 40. Moscouiticum imperium adauctū est, quæ autē propria est Mosci ditio ex qua in Misitiam, quantumcūq; uult delectum facit, & in qua etiam absq; delectu ullo sunt plurimi ꝑpetua militia adscripti. Equites sēꝑ parati ad impiū principis qui nobiles sunt secūdū morē gētis (& Boiari ab ipsis uocātur) ī plurimos etiā maximosq; principatus est distributa, Plus sex cētis, ut ante diximus Germanicis mill. patet in lōgū.

Primus inter hos est Moscouia Ducatus ad orientem æstiuum ex illustris Nouigrodiensis ditionis cuius & totius Moscouitici impii Moscotia Metropolis est ciuitas magna, sed ædificiis ligneis (propter castrum qđ in medio eius instar nō parui alicuius oppidi munitissimū fortissimis muris ac turribus est extructū) in hoc Ducatu triginta millia uiuunt Botarorum, aut nobiliū equestris militia in omnē cursum parata ad principis iussa qui & delectū quotiescumq; uoluerit facere sexaginta, aut septuaginta millia armatorū robustissimorumq; uirorum in peditatum eodē nullo negotio colligit. Moscouiæ ad orientem adiacet Kzezensēn Ducatus in quo sunt fontes nobilissimi illius Tanais fluuii qui ea parte Asiam disterminat ab Europa.

Habet hic Ducatus quindecim millia Botarorū delectu autē nulla difficultate emittit duplicatum, aut triplicatū numerum fortissimorū millitū in peditatū Tvverdenii: prætea

rea principatus ad Septentrionē. & æstiuum Solis exortum Moscouia Ducatui adiacet ditionis amplitudine multo maior cuius Tvverda Metropolis ad Volham, aut Rha fluuium maximū constituta ciuitas amplissima multo, quā Moscouia, & maior, & magnificentior. Habet hic principatus quadraginta millia equitum nobiliū Botarorum delectu uero ex plebe reddit quantū uis numerū militū sine ullo autem negotio duplicatum, aut triplicatū. Sunt & multi alii Moscouiticæ ditionis Ducatus ac principatus, ut Ducat. Iaroshimensis Duca. Szuhorzientis. D. Szachouenii. D. Rubenii. D. Chelmski. Du. Zubezvvoski. Du. Klimski. quorū quilibet minimū centū Italica mill. aut centū & quinquaginta patet constitutū nobiliū equitū numerū habens, & alios etiam secundum iussa principis in peditatum sufficiēs, sed prædicti populosiores sunt & principaliores.

Est præterea ultra Rha fluuium lōge ad orientem Susdalorum Ducat. & nonnulli alii Moscouiticæ gētis & ditionis, sed hi penè dissoluti sunt per Hayiniian ac aliorum Tartarorum assiduas excursiones qui Septentrionalissimi omnium Tartarorum ad orientem illis adhabitant.

Paret etiam Moscouitico imperio una Tartarorū horda, quæ sub Kozna Castro Moscouiticæ ditionis ad Rha fluuium itinerum dierum. 27. ad Moscoua uersus Brumalem solis exortū cōstitutū in patētibus cāpis degit q̄ Kozmskā Hordam appellāt. Triginta hæc mill. equitū parata habet ad Mosci imperium: viuit tamen reliquorum Tartarorum more in Machumetica uidelicet perfidia.

A Moscoua uersus æstiuum exortum solis per Vsezuganos, & Viathknos procedendo circiter quingenta ger-

ma mill. Peruiskani,& Vahulezkani degunt Scytarū pau cos annos impio suo subiugatos baptizari coegit,& Christum cōfiteri constituto illis quodam græco Epo, aut Vdalica quem dicunt quod Barbari postea principis discessum excoriarunt uiuū,& per uaria tormenta crudelissime necarunt:qua de causa reuersus ad illos Dux,& de seditionis auctoribus supplicium sumens alium illis episcopum dedit sub quo nunc uiuunt Neopluti. *Tota hęc Moscorum regio plana plurimum est. Ab istis qui Septentrionalis oceani littore incolunt* Tubri Coreli Baskirdi, CZiremissi *Scytarū enim nationes adhuc idolatre sunt sub*Mosci *impio uiuētes.*

Tota hęc Moscorum regio plana plurimum est,nemorosa multis maximisq; fluminibus piscosissimis irrigata undiq; nascuntur in ea inter multos alios tres illi fluuii nobiles ac celebratissimii Boristhēnes *quē* Dimeper *illi sua lingua appellant.Oritur supra Ducatū Smolenskenii sub* Verusa *Castro insigni,quod modernus Moscorum* Dux Basilius Sigismundo Poloniæ Regi *nuper ademit. Illinc decurrit ad meridiem alluens primum* Smolensko *ciuitatē.*Deinde Rio *nam Russorum quondam Metropolim,tandem post emēsa à sui principio mill.germa.circiter tercenta non longe à* Taurica Chersonesso *cuius* Isthmum *præterlabitur, haud longius mill.ger. decē in* Euxinum *seu* Pontum *exonerat.* Nec *longe ab eis fontibus alius ingens,& insignis fluuius oritur quem* OZvvina *appellant recta uadens contra occidentē sicut illa ad meridiem transit per mediū* Pliscouicæ Ducatum *eiusdē alluens* Metropolim,*& tandem sub* Riga Liuoniæ *ciuitate in* Blathicum *mare se effundit* Tanais *uero fontes sunt habet in* KzeZensceñ. Moscuæ *ditionis* Du*

catu itinerũ dierũ ſeptẽ à Moſcua Metropoli. ſupra fontes uero Boriſthennis, contra Septentrionẽ, & ortũ ſolis æſtiuũ aſcendendo mill. Ital. circiter ſeptingẽta currit aliquãdiu cõtra meridiẽ, & Hibernũ ſolis exortũ. Deinde aliquantũ reuertens ad occidentẽ per cãpos Tartarorum uberrimos tribus tandem Oſtiis Mæotidas paludes impeditur quas & ſuis aquis efficere uidetur. Hunc ipſorũ lingua Dan appellãt quaſi Sãdũ dixeris, ita ut ĩpe eſt uberrimus, et Piſcoſiſſimus ex quo illinc uniuerſa fœcũda, & utiliſſima reddit.

Rha autẽ maximus ille Aſiaticæ; Sarmaticę, fluuius quẽ Vvlcha illi dicũt plus triplo maior ullo fluuiorũ Europæ noſtrę fontes habet Septẽtrionaliores magisq; occidẽtales fontibus. Tanais oritur ex lacu quodam ingenti quẽ Album lacum uocãt. Illinc decurrẽs magno ſpatio cõtra æſtiuum exortũ ſolis alluens Tvverdã ciuitatẽ magnã Tvverdenii Ducatus Moſcouiticæ ditionis pręcipuã Metropolim inde ad Hybernũ ortũ ſe flectens ex meridiẽ ad Rozã Caſtrũ Moſcouiticæ ditionis maximis itineribus pertingit, à quo per Tartarorũ latiſſimos cãpos ſimili penè curſu euagatus, et in multa brachia ſe diffundẽs, itinere duorũ circiter, 20. multis Oſtiis Caſpiũ mare ingreditur. Oriũtur oẽs hi fluuii locis planis nemoroſis paluſtribus nõ ex fabuloſis illis Riphęis, & Hiperboreis mõtibus: quos mẽdax Græcia nobis pepit nõ natura, quæ illos nuſq̃ uidit ſi quidem in tota illa Moſcouitica ditione uix ullus repitur mõticulus, niſi ad littora Septẽtrionalis ac Scytici oceani qua parte Tubri Coreli Baskirdi Cζiremiſſi degunt quare mirari uix ſufficio ĩpudentiã Geographorũ noſtrorũ nullo rubore de Riphęis & Hipboreis mõtibus ex q̃bus p̃dictos fluuios oriri uolũt.

incredibilia fabulantium, sed nec ueriora inueniremus quę cūq; penè de utraq; Sarmacia, & tota illa Septentrionalis nostri orbis plaga tradidere etiam eorum grauissimi si descriptiones eorundem (quod nos conati sumus) ad nostratium hominum peregrinationes conferuntur.

Hircinia silua in totam hanc disseminatam regionē locis plurimis densissima nemora facit ubiq; aut ad usum humanum ligna prebet copiosissime et magna commoda incolis elargitur multo illis quàm apud nos et generosior abundat pineis proceritate incredibili quarū una sufficit pro malo in maximis nauibus nostris onerariis producit & quercina illic robora nostratibus oībus longe pręstātiora, et aptiora ad omnia quę fabre ex ligno fieri possunt quę diserta ac polita iucundam quandam coloris gratiā ac uarietatem referunt instar Cameloti nostri, horū magnā copiam nostrates mercatores inter cęteras merces aduehūt, quę apud nos nō uili pretio cōparātur, tā etsi nostratibus lignis abūdemus.

Mellis hic est prouētus maximus, passim in arboribus sine quocūq; humano cultu mellificantibus apibus, uidere est illic maxima apū examina per nemora uolitare cōcertare & sedibus se suis mutuo pellere ita ut qui rustici propè uillas suas proprias & ueluti hereditarias apes seruāt, ab aduentitiis ęgre illis tuētur. Vnde quicquid penè in totam Europam nostrā cempitis utriusq; durae scilicet et liquidae resi neq; pini insumitur, quicquid etiā pelliū preciosarū a nostratibus mercatoribus per liuoniēses illius aduehitur secundū littora Don & Volle fluuiorū hoc est Rha & Thanais crescit Reuponticus & calami aromatici magna copia.

Est autem totà haec tametsi immensa regio etiā quae ma

ime plena custodia tantũ undiq; clausa,ita ut nõ solum ser
ꝛoꝝ aut captiuoꝝ,sed nec idigenaꝝ aut liberoꝝ quisq̃ aut
gredi aut ingredi sine literis principalibus possit hanc illi
õmoditatẽ prebẽte nemoꝝ ac siluaꝝ densitate et etiã plu
imis paludibus quæ eã matessam faciũt nisi regiis quibus=
lam stratis quaꝝ introitus custodiis principibusq; diligen=
issime obseruãt. A quibus quaq; versum declinãtes ut alia
quapiã uia euadãt incidũt frequẽter in paludes inextrica
iles. Valde diues est argẽti,idq; magis principũ industria
quã mineris propriis q̃uis nec illis careãt siqdẽ cũ pro mer
cibus quæ illis nihilo cõstant,& apud illos in magno pretio
habẽtur plurimũ argenti ex tota penè Europa nostra ad il
los inuehatur indies tamẽ nihil pecunie auri uel argẽti in=
uehere licitũ est cuiq̃,sed nec prĩceps belloꝝ occasione quæ
assidue gerit emittit aliquid ut qui vicinis circũquaq; omni
bus terrori est,bella inferẽs,et sui imperii limites in dies ex
tendens,deinde quod est præcipuũ externo aut cõductitio
milite nunq̃ utitur, sed propriis tantũ ac subditis quibus o=
mnibus ueluti seruis liberrime dñatur uitæ eoꝝ necis ac for
tunaꝝ liberã habẽs potestatẽ nemini imperio principis uel
in minimo cõtrahiscere audẽte quos & trãssert pro libito
de loco uno in aliũ,nouas subinde colonias deducẽs aut per
mutans inuicẽ ut sibi uisum fuerit. Viri sunt proceri robusti
in labores & aduersus omnem in clementiã cœli indurati
quibus q ad ebrietatẽ erãt propẽsiores sub maximis penis
interdixit princeps Medone cereuisia ac in omni potu qui
inebriare possit nisi in precipuis quibusdam anni solennita
tibus qua in re (tametsi ipsis admodum difficilis) sicut &
in aliis omnibus obediunt q̃ patientissime.

Omnes

DE MORIBVS AC RELIGIONI MOSCORVM.

OMnes hi penè innumerabiles populi Moscouitico subiecti imperio præter Kozanenos Tartaros, qui cũ reliquis Tartaris Mahumetũ suũ sequũtur, & nonnullos Scytarũ populos idolatras unũ Deũ credunt, unũ Christum adorãt, nec quicq̃ illis deesse uidetur, nisi qui extra ecclesiasticã uiuunt unitatẽ. Nam propter pauca quibus dissentiũt à nobis ea quæ nõ magni ad salutẽ momenti, taliaq; in quibus infirmi adhuc assumẽdi essent, secundũ Apostoli ꝑceptũ non in disceptionibus cogitandũ, sed ꝑmitti deberẽt abũdare in sensu suo in aliis multis melius quã nos uidẽtur uiuere ad Euangelicũ Christi, Magnũ siquidẽ ac detestandũ inter ipsos scelus est, decipere ac fraudare inuicẽ, adulteria: stupra, scortationes inter eos raro audiũtur. Vitia cõtra naturã omnino incognita, periuria, & blasphemia inaudita sũt illis, sed Deo ac Diuis magnã uenerationẽ habent adeo ut ad signum crucifixi ubicũq; illud forte offendunt reuerenter se prosternũt in terrã, cõmunicãt frequẽter, penè quotiens cõueniũt in ecclesiã, sed suo ritu nẽpe infermẽtato, & sub utraq; spẽ. missarũ apud illos nõ est multitudo ac magna frequentia, sed unus qui ex officio celebrauit sacerdos post ꝑceptã cõionẽ toti populo qui adest ĩ tẽplo cõmunionẽ fert de more vas plenũ pane & vino cõsecratis. ex quo quilibet intinctã offam sumit & propriis se manibus cõmunicãt. In tẽplis eorũ nihil uidere dissolutũ est, nihil ꝓphanũ, sed ꝓstratis oẽs in faciẽ, aut genua religiose adorãt adeo, ut frequẽter audierim patrẽ meũ, & multos alios viros optimos, qui

cũ eis aliquãdiu habitauerũt nõ parũ iustificãtes illos, pro nobis si unũ schismatis scandalũ ablatũ esset, quodq; paruo negotio a tuç sanctitatis p̃decessoribus auferri potuisset, possitq; adhuc multo facilius ad ipsam sanctitatẽ vestrã nunc aggredimur ostẽdere. Si cũ multitudine res hçc tractãda foret plus haud dubie habituri esset negotii, & difficultatis, ut cui nominata facile esse p̃suadere patrũ suorũ ritus differere ac immutare, attamẽ nec ita uigilãti pastori negligẽda esset. quum potius omni studio omni sedulitate oĩbus viis laborandũ & tot myriades animarũ, quæ tã parũ absunt a uita salutis ad Christi ouile reducerẽtur. Nũc autẽ cum ab vno Principe pẽdeat res tota, eoq; tali qui vnionẽ istã uisus est ultro disiderare frequẽter, quæ erit excusatio nostrorum pastorũ, si tam multorũ salutẽ cõtemnẽtes nõ solũ nõ sollicitent illũ, aut requirãt, sed & ultro ad nos uenientẽ cũ tam innumeris populis, vltro petentẽ recipi in ecclesiastici nobiscũ gregis unitatẽ non recipiunt: immo reiiciãt ac repellant culpa ac auaritia sua? quod (pro dolor) factũ est aliquando pudet pigetq; dicere, sed res notior est, quod quæ cælari possit grauior q̃ quæ excusari, aut dissimulari sciunt eam aduersarii nostri, & cũ magno nostro rubore quotidie cõtra nos, vt huius sedis propugnatores inflatis buccis uociferant. Ante annos circiter quinquaginta, aut. 55. cũ in regionibus illis ageret pater meus, quod illũ cum dolore referentẽ p̃sçpe audiui, ille qui tũc erat Moscorũ Princeps nescio an prædictus ille Ioannes, an uero illius prçdecessor miserat suos oratores ab extrema illa orbis plaga ad Apostolicã hanc sedẽ unionis istius impetrãdi gratia, sed qui tũc sedebat sup cathedrã Petri magis sua quçrẽs quã quæ Iesu

Christi, exigebat ab illis ingens quoddã annuũ tributũ in signũ, et recognitionẽ (ut dicebat) obediẽtiæ, ut nescio quid pro uiribus a conatis, qui reuersi ad suos, cum nõ paruo uicinorum Christianorũ scãdalo auctores fuere principi, vt cum suis in schismata pseueraret psuadẽtes illo ipso argumento ipsorum fidem nostrã ac Romana meliorẽ esse: ut a quibus nil aliud quærẽtur q̃ pecunie populorũ omnium, nõ salus animarũ, aut Christi gloria interea tẽporis si cõtigerit simile aliqd nescio q̃q̃ clamitent aduersarii nostri idẽ adhuc a nõ tam multis annis accidisse. Nũc qđ magis ptinet ad sanctitatem tuã q̃ paruo negotio etiã hoc tẽpore ad oui le Christi possint reuocari, q̃ etiã hoc tẽpore facile reduci possint ex eo maxime patet q modernus Moscorũ princeps Basilius, ita nõ abherrent ab unione ista, ut omnia uidetur vltro frequenter ambiuisse. Nam cũ Lutheranẽsis illius cõsilii ubiq; in dicti a Fæ. re Iulii. ii. Pont. Max. per orbẽ fama spargeretur. Hic per Ioannẽ Danorũ Regem quo cum illi auctior amicitia intercesserat petebat sibi a Iulio impetrari, ut dicto consilio p oratores suos sibi interesse liceret. Id quod pie meus Eneas Nidrosiensium Archiepiscopus vir integerrimus illius tunc Regis cancellarius qui superiori hyeme in palatio Apostolico est viuis excessit tuæ sanctitatis prædecessori Adriano. vi. & mihi plurimisq; aliis adhuc Romæ presentibus affirmauit. Sed mors Iulii paulo post subsecuta mors etiã Ioannis Danorũ Regis qui in idem penè inciderant, tẽpus impedimento fuere qui minus illa tum perficerentur. Temporibus etiã ferè Leonis. x. Pont. Max. Idem iste Basilius a Maximiliano Cesare Regium honerẽ ambiebat instantissime, cuius protextu etiã tunc euenisset

ad communionem ecclesiæ Romanæ, si Poloni machinatio nibus res ipsa non fuisset etiã tunc interturbata. Quod Reuereñ. D. Hieronymus Balbus Episcopus Gurgẽsis. Illustrissimum Ferdinandi Archiducis Austriæ apud apostolicã sedem nuperrime orator, qui istis rebus præsens interfuerat. Tuæ sanctitatis prędecessori ADRIANO. VI. mihi & aliis plurimis affirmauit, sed quid longe petere huius rei argumenta oportet quando ipso hoc anno. Idẽ iste Basilius quãtum rebus nostris afficiatur quantumue desiderare uniri nobiscum euidentissime declarauit. Primũ cum Polonio antiquo hoste, quãdo ob nostrorum principũ discordiã periclitari res Christianæ in Turcarũ faucibus uidebantur. quinquenales inducias faciendo qua hac opportunitate si ea cõtra nos vti voluisset maxime potuisset affligere. Deinde magnificentiã ad eandẽ legationẽ mittendo nempe tum sexcentis equitibus ac ducentis quadrigis. qua nihil postulabat aliud q̃ ut per illam tanq̃ uicinum principẽ ac sibi notum reliquis Christianis principibus omnibus persuaderet, ut cõpositis inter se suo ipsius exẽplo priuatis odiis ac discensionibus. Iam tandem de publica Christianæ reipublicæ salute cogitarent, iunctisq; animis ac armis aduersus communẽ hostem nominis Christi susciperent expeditionem seipsum cũ omnibus suis in belli eius societatem nobis offerẽdo. Quẽadmodum Reuereñ. D. Thomas Nigro Scardoneñ. Episcopus apostolicus tunc apud Polonum nũtius qui ea legatione corã interfuit tuæ sanctitatis prædecessori, Adriano. vi. per literas suas tunc significauit & nunc Romæ præsens eiusdẽ rei testis idoneus erit, nunquid maius aliquod argumentum requirere possumus? argumentum uere Christiani:

fraterniq; tanti principis in nos animi. qui tametsi scisma-ticus a nobis ac ueluti æthnicus habeatur. Sitq; nostris ar-mis frequenter oppugnatus nihilo tantum minus pro no-stra ac Christiana reipublicæ. Salutē magis egit Christia-num principē quam omnes nostri qui Christianorum catho licorū fidei difensorū titulis gloriantur. Siquidē ab hiis piis simus pater Adrianus tuæ sanctitatis prædecessor toties orādo obtestādo toties paternæ monendo nunq̄ potuit im-petrare, ut uel in publica ista calamitate cessarent ab bellis istis plusq̄ ciuilibus, quibus nullo habiti Christiani sangui-nis respectu quem effundūt uelut aquā nullo miserorū sub-ditorum quos perdunt miserrime nullo proposito timore Dei: immo quasi nullus ubi Deus est cui sint reddituri ra-tionem pro suis priuatis odiis, & affectibus pro immode-rata dominādi libidine inter se crudelissime digladiantur. Neq; potuit unq̄ apostolica auctoritate ac seueritate ab eis obtinere. Vt uel Redemptori nostro Christo donarent in-iurias mutuas, aut saltē different in tēplus aliud, aut neces-sitate huius reipublicæ Christianę darent indricias uel triē-nales, quā penè totā suis discordiis perdiderant, & scisma-ticus iste princeps non solū triennales, sed quinquennales inductos, immo penè certā de suis hostibus uictoriā ultro dedit reipublicæ Christianæ alioqui certo periclitanti cum ille nunc hoste inducias faciendo quem nunq̄ perdere po-tuisset opportunius nostri illi scilicet Christiani catholici, & fidei defensores ita sint solliciti ad se perdendos mutuo ad sanguinem Christianū effundendū, & nihil mouerat illos capta Rhodus cui tam paruo negocio succurere potuissent, nihil expugnatam Belgradū, nihil iam tam ceruicibus no-

ſtris imminens Turca, & Sciſmaticus eſt, pro noſtra ipſorum ſalute ita eſt ſollicitus, ut miſerit qui nos ueluti Letargico ſomno oppreſſos excitarent, & hortarentur meminiſſe aliquando proprie ſalutis, ut uel tãdem proſpicere rebus noſtris manifeſtiſſime periclitantibus offert inſuper tantus princeps ſe cum ſuis omnibus in defenſionẽ noſtrã, quem infeſtiſſimũ merito hoſtẽ timere debueramus, et noſtri principes Chriſtiani, ita nihil cogitant deferẽdo Reipub. Chriſtianæ ſubſidio, quã ipſimet diſceſſionibus ſuis perdiderunt immo perdiderunt, & quia proprie res ipſorũ certiſſime periclitãtur, ut adhuc non ceſſent eam ꝑdere duplo amplius, ita ut ſi magis rem ipſam quam uanos titulos expẽderimus uidebitur ille uero Chriſtianus princeps eſſe, noſtri autẽ cũ glorioſiſſimis titulis ſuis ter æthnici a ſciſmatici inueniũtur.

Poſt hæc quid attinet alterã eiuſdem Baſilii legationẽ recenſere quæ eadẽ hoc anno menſe Aprili, elapſo proxime ex alio penè orbe poſt octauũ domũ menſem in Hiſpanias peruenit ad Carolum Imperatorẽ qua eiuſdem amicitia requirebat offerens uiciſſim quæcũq; ab amiciſſimo potentiſſimoq; principe potuiſſent deſiderari. Immo quod multi tũc ex Imperatoris curia ad nos ſcribebant exhortabantur eũdem ad Turcicã expeditionem ingentem ad eadẽ pecunie ac militum uim offerendo. Ex his liquide ſatis mihi apparere uidetur q̃ non ſit lenis ſpes hunc Moſcoum Ducẽ Baſiliũ atq; in eum Moſcorum populos uniuerſos ad catholicã nobiſcum unionem minimoq; negocio inducti poſſe, quã non tentare idoneis aliquot ad eundem deſtinatis orationibus, etiam ſi nihil expectaremus aliud q̃ milium animarum ſalutem imperium minus mihi uideretur. Nunc autem nõ ſo-

um impium ſed & dementium pœnæ extremæ in hac tam magna neceſſitate Reipublicæ *Chriſtianæ tanti principis auxilium,quod niſi ſocordiſſimi,negligentiſſimiq; eſſemus omnibus modis nobis ambiendum erat nunc ultro oblatam negligere,contemnere.*Immo *conuertere in caput noſtrum quod faciemus in dubie.Si nemo ſaltem a nobis ad redeat. qui nomine* Pont. *Max.Chriſtianorum principũ,& totius* Reipublicæ *Chriſtianę eidem gratias agat oblationem ipſius tam munificam gratiſſimam nobis fuiſſe conteſtetur, eandem accipiet,promoueatq; ac requirat.* Inſuper *& noſtro nomine repromittat,quęcũq; a nobis grata offerri poſſe videbuntur.*

Neq; *ſunt audiendi qui* R*oſci auxilium parũ cõmodum nobis, aut opportunum putant ad* T*urcicam expeditionem propter nimiam eius a* Turca *diſtantiam, ſed ſola pecunia qua abundat plurimum partes noſtras poſſe ab illo adiuuari.*Nam *&* Smolenkenii *Ducatus qui* Mo*ſcouiticæ ditionis eſt per uicinos ſibi* R*uſſos penè cugnatos populos,& eiſdem ritibus uiuentes,* V*alachia , &* B*ulgaria proxime imminent;& deinde* T*hracie, atq; adeo* C*onſtantinopoli ipſi.*V*alde commoda, & illic* R*egio ad exercitum ducendũ: quem ſi uelit ducere quantum poſſet maximum ſolus* T*urca ſatis negotii faceſſeret.*Immo *hoc certũ teneo nulla alia parte* T*urcicam ditionem debiliorem eſſe,nec alibi inuadi poſſe commodius,aut opportunius quam ex ea parte* V*ala chie,&* B*ulgariæ ubi adhuc* C*hriſtiani omnes ſub* T*urcæ uiuunt* I*mperio,et tributo,quod diu parte ſi abiicerẽt haud dubie , & noſtris ſe congiungerent militibus ſi ullus uſq; affulgeret libertatis : a quibus ad* C*onſtantinopolim uſq;*

liber omnium patet aditus. Quæ autem Turciæ ditionis ad nos ſpectant ſiue mari ſiue terra multo ſunt munitiora. quare ut nulla pro mũdi poteſt a nobis Turca opportunius q̃ ex parte Valachiæ, & Bulgariæ per Moſcum: ita non eſt exiſtimandum nimis longinqua hanc illi expeditionem fore, qui in extremum penè orientem per loca multo aſperiora circumtulit Victricia arma ſua plurimo Scytarum populos domuit nonnullos etiam ad Chriſtum cõfitendũ adegit.

quanq̃ itaq; ſint plura Clement. Pont. eaq; grauiſſima quæ in hac rerum turbatione ante requirat orbis, atq; adeo Chriſtum ipſum nihilo tantum animus illi omnibus curandum mihi uidetur Moſcouiticum hoc negotium, ut quod ipſi maximi momenti eſt: Immo eo diligentius aliis omnibus quo ad omnia illa maius momentum habet policeatq; ſpem certiorem ſui confitendi. Idq; paruo negotio, modita impẽſa nullo periculo, ſed certo neq; contemnendo cõmodo ſcio oppugnari foris diuitam illam Turim, cuius regimini ac cuſtodiæ te præfecit Chriſtus, & Feſſolani diu miſeroſq; Chriſtianos quorũ ceruicibus iamiam immmet grauiſſimi Chriſtiani nominis hoſtis, aut quos iam præmit grauiſſima ignominioſiſſimaq; ſeruitute in te paſtorem ſuum reſpicere a te auxilium expectare, & efflagitare. Neq; ignoro q̃ grauiter diſideant intus Chriſtiani principes quos in Chriſtianam concordiam ante reuocatos oportet, q̃ autem utile domi aliquid, aut foris præclarum a nobis agi poſſit. Quantũ inſuper leuiar in uiſceribus noſtris horrendam illud ac pluſ quam Tartareum uenenum Lutheriana inquam peſtis ac perfidia qua tot animarum miriades hęreſim a ſciſmatam intereunt contagione, ſed unum quodlibet iſtarum magnũ

negotium

negotium facessit, neq; tamen laborem industriam & prouidentiam, sed & impensas grauissimas requirunt, & tamen ut faceremus omnia. Vix ulla spes certa apparet quicquam nos profecturos, in Moscouitico autem (quod suademus, negotiosi ipsum per se extimare uoluerimus non uideo quem non maxime mouere debeat sanctitatem tuam salus tot millium animarum inter se ipsius pereant negligētia de manu eiusdem merito requiri possint. quantum etiā ad illa omnia conferat momēti tāti principis accessio ad eo opulentis adeo potētis adeo ex uicinitate opportuni ad eos inuadendos: quis non intelligit: Præsertim si cogitet q̃ certa nostra pernities ac rerum nostrarū turbationes suis si uellet rebus opportunissima contra nos vti potuisset. Ad Christianos autem principes inter se conciliandos haud uideo quid excogitari possit efficacius q̃ scismaticis istius principis illic exprobrare exemplum. Neq; dubito quin pudebit illos titulorum quos sibi arrogant impudentissime, quando intellexerit à scismatico se principe admoneri ut Christianos se esse recordentur: Ab eodem etiam facto se doceri quomodo esse debeant. De Lutheranis deniq;, quæ nobis gloriosior: quæ facilior: poterit esse uictoria: quam si videant apostolicam hanc sedem quam per orbem uniuersum infamare conantur suam adhuc dignitatem non solum apud suos retinere, sed etiam nouos uniuersosq; populos ex alio pene orbe ad eius obedientiam supplices uenire.

Hæc autem omnia spes est, eaq; non uana, nullo cum periculo minimo negotio exigua impensa assequi nos posse: neq; enim alio plus est q̃ ut sanctitas tua uelit ac iubeat idoneum aliquem illuc proficisci idq; quamplurimum nam

multa occurrunt quæ festinationem desiderant: via est periculosa eaq; longissima: præsertim quando Polonia ob rationes quas mox dicemus omni modo declinanda erit & tota à capite immetienda Germania emetienda Brusia ac Liuonia frequenter in uia expectanda societas sæpe, & conducenda ob pedonum ac latronum discrimina quibus he regiones plurimum inuestantur, ita ut uix quinto mensæ etiam cum omni diligentia quicunq; missus fuerit sit peruenturus ad aulam principis. Nam orationes eiusdem ad Carolum Imperatorem hoc eodem itinere post octauum demum mensem in Hispanias peruenerem, interim non dormient aduersarii nostri, & multi possent interuenire per quem mutarent principis animum: præsertim si sibi uideatur cum tam munifica sua oblatione se negligi ac contemni a principibus Christianis quod quomodo non uidebitur si potest binas ipsius legationes alteram ad Carolum Imperatorem alteram ad Sigismundum Poloniæ regem, atq; in eo ad uniuersos principes Christianos nullus a nobis ad illum reuertatur? Imperator adhuc iuuenis est, & nunc occupatior in Gallo affligendo perdendoq; q̃ ut ei uacet cogitare quæ reipublicæ sunt Christianę. A Polono prudentissimo aliquod Christianissimo principe in Moscouitico tamen hoc negotio nil synceri expectandum est quod mox clarius faciemus. Qua re nisi uigilet sanctitas tua negligetur a nostris omnibus at nõ negligetur ab hostibus nostris nil enim dubium est omnia tentaturum Turcam quod principem tã tum attrahat in partes suas, aut in belli contra nos societatem: Pręsertim quem sperabit parum æquo esse in nos animo ob id quod tantq̃ æthnicus, aut scismaticus sit frequen-

ter a nobis publico oppugnatus. Qua re nec ex parte nostra cessandum erit si modo sapiamus agendum diligenter omnia, ut tantum prçter,& spem,& operam nostram ultro oblatum nobis auxilium nostra saltem diligentia nobis conseruauerimus, quanq̃ ut dixi haud alia ad hanc rem diligentia opus sit q̃. vt sanctitas tua tantum uelit ac iubeat idoneos aliquos illuc proficisci à quo nil illam remorari debet necessaria impensa quç non erit tanta, quantum frequẽter in pompas aliquas profundimus siquidem, quæ in aliis legationibus impensam augerent nempe longitudo difficultas ac pericula itinerum ea hãc minuent in ista. Propterea ꝙ hunc non graues aliquos patres cum honorifico comitatu mitti possunt. Sed potius expediri aliqui, qui ad tãto talesq; labores tanta uiarum discrimina sufficere possint: Insuper & illius celi in clementiam perferre, hiq; docti in lege Domini, & qui possint omni petenti reddere rationem ab ea, quæ in ipsis fide, spe, & charitate, & ad regulam fides diiudicare quid ei pugnans quid congruum quid uero sit indifferens quo recte ualeant discernere, quæ nam sint illa in quibus apostolicus Azimii iubet infirmis in fide non in disceptationibus cogitationibus cogitationum, ne qui nunc sparsũ absunt a uia salutis in discretione nostra longius a nobis remoueamus: & breuiter deligendi omnino tales qui non sua sed quç Iesu Christi quærentes per omnia non multum etiã abhorrent a moribus eius gentis quo se possit facilius cum eis confirmare. Tanto autem maiorem sollicitudinem adhiberi uelim in deligendis his qui ad negotium istud destinãdi sunt quãto hoc magis interest existimationis huius sedis ut prçscriptis potius conditionibus q̃, ut quales cum pompa

tantum solemniori ad nouos hos populos ab ea ueniant: Nā siquid fortassis pro huius sedis dignitate pro magnificētia principis, pro negotii magnitudine deerit solemnitati legationis itinerum longitudo discrimina ac pericula totum hoc excusabunt. Non est mittendus Gothus, non Liuonensis, non Polonus, ob uetustum gentis cum his nationibus odium propter assidua bella, quæ ob vicinitatem cum hiis solent exercere, & propter q tales proprium quodammodo negotium agere uideri possunt. Omnino autem q̃ minimo comitatu, hoc est non plure i quatuor, aut quinq; in totum, hinc ire in Liuoniam vsq; multo expedientius mihi uidetur. Ita enim transibunt facilius, & expeditius minoribus etiam impensis, & quod in hoc rerum statu præcipue curandum est ignoti, & sine quacunq; suspitione eorum per quos transituri sunt, Mercaturum societati admixti. Nam si famam huius rei spargant in orbem nil non molientur aduersarii nostri quos nos perueniant, & impediant qua re etiam quā secretiss. & cum paucissimis hoc negotium tractandum mihi uidetur. Qui autē Polonum extra hanc causam Christianissimum principem in hoc tantum negocio omnino suspectum habeam, atq; adeo Poloniam ipsum ex eo est quod quia Moscum grauem nimis uicinum expertus est (ut cui modernus Basilius, & eius prædecessor Ioannes quatuor nobilissimos principatus ademerunt) uidetq; ex unione ista plus adhuc uirium eidem accessurum. Si autem magno fatore cum aduersus illum pro limitibus Imperii belligeratur destitutum iri, omnibus semper uiis ac machinationibus in perturbauit vnionem istam. Siquidem eo nomine qui aduersus scismaticos ac ueluti hostes religionis nostræ bellum

gerere dicitur, plurimum fauorem ac reliquis principibus Christianis quasi per fide ac religione dimicaret nostrarũ & magna auxilia, ut frequenter publice Christianitatis im pensa, promulgatis in eam rem undiq; indulgentiis sit adie ctus. Quo nimirum intelligit se destitutum; Cui scismatis prætextus auferatur, hosti autem (etiam per se fortissimo) ex nostram societatem in re militari usq; armorum plurimũ adhuc accessurum, & quãuis nunc sunt inter illos inducias quinquenales, quãuis etiam in Christianis fiat Moscus meri to tantum rebus suis meruit in futurum quandoquidẽ nulli nunc principis sunt adeo Christiani inter quos uicinos non inutis frequenter occasionibus bella excitantur, nã qui nil uellet animus q̃ Moscum fieri ac a nobis nostri uerum Chri stianum quis, uel non ex eo planissime intelligere quod post Magnificam illam apud se Moscouiticam legationem tam uere piam, tam Christianam, tam utilem rebus nostris, cuius minimum supra in suis ad Adrianum sextum uestræ san ctitatis prædecessorem literis nullum de ea uerbum fecerit cum tãtum nil merito gratius nil rebus nostris opportunius piissimo patri nuntiare potuisset, quàm uere Christianum. Scismaticorum illorum in nos animum tam propensum desi derium res nostras adiuuandi defendendi propugnandi quos hostes merito accerrimos timere debueramus, quis non uidet ex eodem hoc processis se quo, & frequenter animę dedita opera unionem hanc impediuit, & omnes semper, qui ab apostolica sede huius rei causa ad Moscum missi sunt deterritos uanis timoribus, & eosdem conficien dę difficultatę nunc nil uellet minus quàm ut intelligerent Rom. Pont. quàm Christiano Moscus sit ille animo, & quã

paruo negotio ad ecclesiasticam nobiscum unionem induci possit. qua re Reuereñ. D. Hieronymus Balbus Gurgeñ. Episcopus Illustrissimi Ferdinandi Archiducis Austriæ apud *Apostolicam sedem imperium or. qui max. Cæs. tunc aderat a consiliis, quando modernus hic Moscorum* Dux Basilius *regiam normam uehementer ambiebat.* Poloniq; *ea in re machinati oues intelligerat, omninoq;* Adriano. vi. *tuæ sanctitatis prędecessori consuluit qui hanc unionem ne cum* Polono, *aut ullo eius studioso ullo pacto communicaret, sunt & alia quę ad hoc negotium fœliciter conficiunt maxime utili a nostri uideantur, sed ne sim prolixior, aut expedientior in communicare cum his quibus sanctitas tua id committat.*

FINIS.

